

iudex Paulus de Agatha

65

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Paulus de Agatha

65

1489-02-08

† In nomine Domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo octuagesimonono. Regnante... Ferdinando Dei gratia Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege, regnorum... eius anno tricesimo primo,... mense Februarii, die octavo eiusdem, septime indictionis, Mathere.

Nos Paulus Agathus de dicta civitate,... per totum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate ad contractus iudex, Andreas de Passarellis de dicta civitate,... puplicus ubilibet per totum predictum regnum... regia auctoritate notarius, domnus Donatellus Fusinus, diaconus Antonellus Eustasii de Turcho, domnus Marianus de Varallo, Constantinus de Iacuczio, Vitus Petri magistri Viti de Paradisio et Iacobus Andree Sacchi, testes de affata civitate... presenti scripto puplico sive reste dotium instrumento fatemur quod... constitutus Antonius Caputi Natucii de Lella, de civitate Matere... asseruit... quod inter alias res dotales quas dictus Antonius dedit... Leoni Antonii Nicolai de Pasca de Matera, genero dicti Antonii, pro Maria filia ipsius... et uxore dicti Leonis contemplatione et causa matrimonii... contracti... inter eosdem, prefato Antonio devenerunt in minimum et restam dotium subscripte res et pecunie quantitas, videlicet: pelliczonum unum de agninis, gramula una et faczatora una et arca una de apieto et in pecunia numeranda uncie quatuor... Qua propter supradictus Antonius de Caputo,... per guadium et stipulationem legitimam et sollempnem, promisit ac... se suosque heredes... et bona eorum omnia... presentia et futura... obligavit in manibus ipsius Leonis... dare... prefato Leoni vel... suis heredibus ex dicto matrimonio nascituris dicta bona et pecuniarum quantitatem ad

infrascriptos terminos, videlicet dictum pelliczonum, gramulam, faczatoram et arcam... hinc et per totum annum octave indictionis proxime future et dictas uncias quatuor... anno quolibet tarenos decem, incipiendo ab anno primo venturo octave indictionis... Stetit etiam ex pacto inter partes ipsas quod instrumentum dotale, si forte assumptum existerat, in quo continetur totam et integram dotem assignatam fuisse per dictum Antonium eidem Leoni, huic instrumento, donec sanum fuerit, preiudicare non debeat...

† Ego Paulus Agathus de Mathera qui supra regius ad contractus iudex predicta fateor vera esse et me subscripsi † Ego domnus Marianus de Vassallo ××× † Ego Donatellus Fusinus qui supra ××× † Ego diaconus Antonellus de Turcho qui ×××